

Indulgentiae tum a Summis Pontificibus Clemente VIII et Benedicto XIV elargitae, tum a Pio VII et Leone XII confirmatae iis Christifidelibus qui ante quaecumque Crucifixi Imaginem Orationem *En ego etc.* quocumque idiomate recitaverint, eadem Sac. Congregatio ne fideles in errorem inducantur, censuit consulendum esse Sanctissimum, ut de Apostolica Sua benignitate declarare dignaretur singulas condiciones, quae sunt a fidelibus adimplendae, ut praefatam Plenariam Indulgentiam adipiscantur. Hinc facta per me infrascriptum Secretariae ejusdem Sac. Congregationis Indulgentiarum Substitutum Sanctissimo Domino Nostro Pio PP. IX de omnibus fidei relatione in Audientia diei 31 Julii 1858, Sanctitas Sua, inhaerendo Decretis Praedecessorum suorum, eorumdemque concessionem confirmando, etiam quoad applicationem pro animabus in Purgatorio detentis, benigne declaravit praememoratam Indulgentiam Plenariam lucrari ab iis utriusque sexus Christifidelibus, qui *vere poenitentes, confessi, Sacraque Communionem refecti*, dictam Orationem *En ego etc.* quocumque idiomate, dummodo versio sit fidelis, ante quaecumque Sanctissimi Crucifixi Imaginem *devote recitaverint*, ac insuper *per aliquod temporis spatium juxta mentem Sanctitatis Suae pie oraverint*.

Quapropter ut ab universis Christifidelibus hoc generale Decretum facile dignoscatur, typis imprimi ac publicari mandavit. Praesenti valituro absque ulla Brevis expeditione. Non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae ex Secretaria ipsius Sac. Congregationis Indulgentiarum die 31 Julii 1858.

F. CARD. ASQUINIUS PRAEF.

A. Archipr. Prinzivalli Subst.

DCLXXVIII.

ORDINIS CISTERCIENSII

Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. IX clementer indulget ut omnes Cisterciensis Ordinis Religiosi pro Oratione « *Pietate Tua* » quae absoluta Divini Officii recitatione de more ab ipsis recita-

tur, omnes et singulas Indulgentias tantum a san. mem. Leone PP. XII sub die 9 Julii 1828 elargitas, lucrari possint et valeant, quamvis praedicta Oratio, quae in Breviario ejusdem Ordinis recensetur, aliquantulum differat ab ea, quae ab Eodem Leone XII Indulgentiis ditata fuerat, dummodo tamen injunctas condiciones adimpleant; facta insuper potestate easdem Indulgentias animabus in Purgatorio detentis applicandi. Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione. Non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque. Datum Romae ex Secr. Sac. Congreg. Indulgentiarum die 31 Julii 1858.

F. CARD. ASQUINIUS PRAEF.

A. Archipr. Prinzivalli Subst.

DCLXXIX.

CONGREGATIONIS SANCTISSIMI REDEMPTORIS

Extat in Ecclesia Congregationis Sanctissimi Redemptoris vulgo *S. Mariae in Monterone* de Urbe quaedam pia Sodalitas ad solatium animabus in Purgatorio detentis porrigendum, canonice erecta, quae a san. me. Gregorio PP. XVI per Litteras Apostolicas in forma Brevis diei 19 Januarii, et 4 Maii 1844 Indulgentiis et privilegiis donata, ac diei 8 Junii ejusdem anni Archisodalitatis titulo decorata fuit. Cum vero in enunciatis Brevibus quoad privilegium Altaris pro defunctis adscriptis requirebatur Missa de *Requie*, et quoad partiales Indulgentias injungebatur Sacramentorum susceptio; hinc Procurator Generalis praefatae Congregationis enixis precibus exoravit Sanctissimum Dominum Nostrum Pium PP. IX ut de Apostolica benignitate dignaretur commutare celebrationem Missae defunctorum iis praecipue diebus a Rubricis impeditis, ita ut Missa eodem modo suffragetur, quamvis sub Ritu Duplici sit celebranda; nec non dispensare Sodales a Sacramentorum susceptione pro acquirendis partialibus Indulgentiis in praefatis Brevibus enunciatis. Quamobrem facta per me infrascriptum Sacrae Congregationis Secretarium eidem Sanctissimo de omnibus relatione, Sanctitas Sua circa Altaris privilegium mandavit servari Decretum Sacrae Congregationis

diei 2 Julii 1689 confirmatum a san. mem. Clemente XIV die 7 Martii 1771 in quo declaratum est, celebrationem Missarum Sanctorum Ritus Duplicis revera satisfieri, ac suffragari pro Missis privilegiato Altari addictis pro Dominicis, aliisque diebus, in quibus defunctorum Missas celebrare vetitum est; quoad vero praefatas Indulgentias partiales in allatis Brevibus jam elargitas, clementer indulgit, ut Sodales, caeteris adimpletis conditionibus injunctis, loco Sacramentorum susceptionis, corde sint saltem contrito. Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione. Non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque. Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 24 Januarii 1859.

F. CARD. ASQUINIUS PRAEF.
A. Colombo Secret.

DCLXXX.

FODIAN.

In Fodiana Civitate Congregatio Tertii Ordinis S. Francisci sub gubernio ac directione PP. Minorum de Observantia existebat in propria Ecclesia, quae extat apud Ecclesiam praedictorum Patrum Observantium. Cum vero nuper ab Ordinario eadem Congregatio a Patribus de Observantia fuerit separata, eique ab ipso Ordinario Rector de Saeculari Clero fuerit constitutus, dubium exinde huic Sacrae Congregationi Indulgentiarum propositum fuit « An ob allatam separationem Congregationis Tertii Ordinis S. Francisci canonica erectio adhuc vigeat, et Indulgentiae quibus antea fruebatur adhuc perseverent? » Eodemque tempore ipsa Tertii Ordinis Congregatio Sanctissimum Dominum Nostrum Pium PP. IX humillimis precibus rogavit, ut in casu negativo providere dignaretur. Audita itaque prius Ordinarii informatione, ex qua eruitur absoluta necessitas praefatae separationis rationabilibus ex causis, ac facta de omnibus Eidem Sanctissimo relatione per me infrascriptum Sac. Congregationis Indulgentiarum Secretarium, Sanctitas Sua benigne commisit Ordinario, ut quatenus opus sit, iterum canonice erigat praedictam Tertii Ordinis

Congregationem ad effectum ut ipsi Confratres omnes et singulas Indulgentias, quibus antea fruebantur, omnibus injunctis operibus adimpletis, lucrari possint et valeant; facta quoque Rectori pro tempore, ab Ordinario eligendo, potestate Christifideles in Sodales recipiendi, Scapularia, seu Cordulas pro ipsis benedicendi; servata tamen in reliquis Constitutione Clementis VIII, quae incipit « *Quaecumque a Sede Apostolica* » diei 7 Decembris 1604 ». Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione. Non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque. Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 24 Januarii 1859.

F. CARD. ASQUINIUS PRAEF.
A. Colombo Secret.

DCLXXXI.

Beatissimo Padre

Nicola Mauron Superior Generale e Rettor Maggiore della Congregazione del Santissimo Redentore espone quanto segue.

*Alla preghiera di Suor Maria Geltrude Principessa Pallavicini Oblata nella Ven. Casa di Tor de' Specchi, ora defon-
ta (1), Vostra Santità si è degnata di accordare diverse Indulgenze ai fedeli, che praticano le visite al Santissimo Sacramento ed a Maria Vergine, secondo vengono prescritte nel libretto composto da S. Alfonso Maria de' Liguori, che la lodata pia Signora aveva fatto stampare.*

Dall'avviso poi di questa benigna concessione (2) della Santità Vostra, che si trova nel libretto medesimo stampato in Roma presso Olivieri nel 1854 nasce un equivoco, credendosi dai fedeli di poter lucrare quelle Indulgenze colla recita soltanto dell'una o dell'altra delle due orazioni prescritte dal santo per ogni giorno del mese, senza dover aggiungere le altre orazioni assegnate dal medesimo pei vari giorni, mentre dalla concessione pare probabile, che tutte le orazioni sieno necessarie per tal fine. L'errore poi, che da questo equivoco è nato, è stato diffuso assai non solo per l'edizione romana sopradetta, ma

ancora per una edizione francese delle Visite, ove si legge questo avviso copiato dalla romana, di cui gli esemplari trovansi già per migliaja in mano de' fedeli. A rimuovere dunque ogni dubbio, e per prevenire gli inconvenienti, che da tale equivoco involontario possono nascere, l'Oratore prega umilmente la Santità Vostra di voler benignamente dichiarare, che le suddette Indulgenze si possano lucrare tanto da chi recita la sola orazione assegnata da S. Alfonso da recitarsi in tutti i giorni del mese, che principia: Signor mio Gesù Cristo ec. (3) davanti il Santissimo Sacramento, quanto da chi recita l'altra Santissima Vergine ec. (4) avanti la sua Imagine, le quali orazioni per motivo della loro brevità possono sapersi facilmente a memoria anche da coloro, che non sanno leggere. In tal modo la Santità Vostra renderà sempre più profittevole ai fedeli la preziosa grazia già dapprima accordata, e toglierà ogni inconveniente, che altrimenti nascerebbe dal sopramemorato equivoco. Che ec.

Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. IX attentis expositis, benigne declaravit, Indulgentiam tercentum dierum, de qua in precibus, lucrari ab omnibus utriusque sexus Christifidelibus pro qualibet vice recitantibus orationem « Signor mio Gesù Cristo etc. ante Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum; ac pro qualibet vice recitantibus aliam orationem « Santissima Vergine etc. ante Imaginem B. M. V. dummodo tamen sint corde saltem contrito. Insuper indulset, ut ipsi Christifideles, qui semel saltem in qualibet die per integrum mensem unam ex duabus praefatis orationibus recitare pro more habuerint, Indulgentiam Plenariam lucrari possint et valeant semel tantum in quolibet mense, ea scilicet die, qua vere poenitentes confessi, ac Sac. Communionem refecti fuerint, et per aliquod temporis spatium juxta mentem Sanctitatis Suae pie oraverint; facta insuper potestate eisdem Indulgentias in suffragium fidelium defunctorum applicandi. Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione. Non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 8 Augusti 1859.

F. CARD. ASQUINIUS PRAEF.
A. Colombo Secret.

(1) Beatissimo Padre

Suor Maria Geltrude Oblata nella Vener. Casa di Torre de' Specchi Principessa Pallavicini prostrata ai piedi della Santità Vostra umilmente le rappresenta, che per promuovere sempre più dal canto suo la divozione nei fedeli ha divisato di far ristampare a sue spese per distribuirsi gratuitamente le orazioni composte da S. Alfonso de' Liguori per la visita tanto al Santissimo Sacramento quanto alla Beatissima Vergine Maria, ed altre pie preghiere scritte dal medesimo Santo. Supplica pertanto la Santità Vostra affinchè al più fruttuoso conseguimento dello scopo divisato si degni concedere in perpetuo trecento giorni d'Indulgenza a quei fedeli tutte le volte che o reciteranno le orazioni del Sacramento avanti il Santissimo, o quella della Vergine avanti qualche sua Imagine, e l'Indulgenza Plenaria da lucrarsi una volta il mese quando per tale spazio di tempo avendo praticato l'una o l'altra di dette recite nel suespresso modo, confessati e comunicati pregheranno pei bisogni di S. Chiesa, e secondo l'intenzione del Sommo Pontefice; le quali Indulgenze possano ancora applicarsi alle anime del Purgatorio. Che ec.

Romae die 7 Septembris 1854.

Benigne annuimus pro gratia.

PIUS PP. IX.

(2) Avviso nell'Ediz. Romana delle Visite di S. Alfonso. Olivieri 1854

La Santità di Nostro Signore Pio Papa IX con suo autografo Rescritto del 7 Settembre 1854, che conservasi nella Ven. Casa delle Oblate di Torre de' Specchi, si è degnata concedere in perpetuo ai fedeli tutte le volte che reciteranno l'Orazione per la visita o del Sacramento avanti il Santissimo, o di Maria Vergine avanti qualche sua Imagine, composta da S. Alfonso de' Liguori, e contenute nel presente libretto, l'Indulgenza di trecento giorni; l'Indulgenza Plenaria poi da lucrarsi una volta il mese quando per tale spazio di tempo avendo praticato l'una o l'altra di dette recite nel modo indicato confessati e comunicati pregheranno pei bisogni di S. Chiesa secondo l'intenzione del Sommo Pontefice: e queste stesse Indulgenze potranno applicarsi alle anime del Purgatorio.

(3) *Orazione di S. Alfonso per la Visita quotidiana del SS. Sacramento*

Signor mio Gesù Cristo, che per l'amore che portate agli uomini ve ne state notte e giorno in questo Sacramento tutto pieno di pietà ed amore, aspettando, chiamando, ed accogliendo tutti coloro, che vengono a visitarvi, io vi credo presente nel Sacramento dell'altare, vi adoro dall'abisso del mio niente, e vi ringrazio di quante grazie mi avete fatte; specialmente di avermi donato voi stesso in questo Sacramento, di avermi data per Avvocata la vostra Santissima Madre Maria, e di avermi chiamato a visitarvi in questa Chiesa. Io saluto oggi il vostro amantissimo cuore, ed intendo salutarlo per tre fini: Primo, in ringraziamento di questo gran dono. Secondo, per compensarvi di tutte le ingiurie, che avete ricevute da tutti i vostri nemici in questo Sacramento. Terzo, intendo con questa visita adorarvi in tutti i luoghi della terra, dove voi Sacramentato ve ne state meno riverito e più abbandonato. Gesù mio, io vi amo con tutto il cuore. Mi pento d'aver per lo passato tante volte disgustata la vostra bontà infinita. Propongo colla grazia vostra di più non offendervi per l'avvenire: ed al presente miserabile qual sono, io mi consacro tutto a Voi, vi dono e rinunzio tutta la mia volontà, gli affetti, i desiderj, e tutte le cose mie. Da oggi avanti fate Voi di me, e delle mie cose tutto quello che vi piace. Solo vi chiedo, e voglio il vostro santo amore, la perseveranza finale, e l'adempimento perfetto della vostra volontà. Vi raccomando le anime del Purgatorio, specialmente le più devote del Santissimo Sacramento e di Maria Santissima. Vi raccomando ancora tutti i poveri peccatori. Unisco in fine, Salvatore mio caro, tutti gli affetti miei cogli affetti del vostro amorosissimo cuore, e così uniti gli offerisco al vostro eterno Padre, e lo prego in nome vostro, che per vostro amore gli accetti e gli esaudisca.

(4) *Pregliera per la visita a Maria Santissima*

Santissima Vergine immacolata, e madre mia Maria, a Voi che siete la madre del mio Signore, la regina del mondo, l'avvocata, la speranza, il rifugio dei peccatori, ricorro oggi io, che sono il più miserabile di tutti. Vi adoro, o gran Regina, e vi ringrazio di quante grazie mi avete fatte finora; specialmente in avermi liberato dall'inferno tante volte da me meritato: Io vi amo, Signora amabilissima, e per l'amore che vi porto, prometto di volervi sempre servire, e di far quanto posso, acciocchè siate amata ancora dagli altri. Io ripongo in Voi tutte le mie speranze, tutta la mia salute; accettatemi per vostro servo, ed accoglietemi sotto il vostro manto, Voi Madre di misericordia. E giacchè siete così potente con Dio, Voi liberatemi da tutte le tentazioni, oppure ottenetemi forza di vincetele fino alla morte. A Voi domando il

vero amore a Gesù Cristo. Da Voi spero di fare una buona morte. Madre mia, per l'amore che portate a Dio, vi prego ad ajutarmi sempre, ma più nell'ultimo punto della mia vita. Non mi lasciate fintanto che non mi vedete già salvo in Cielo, a benedirvi e cantare le vostre misericordie per tutta l'eternità. Amen. Così spero, così sia.

DCLXXXII.

URBIS ET ORBIS

Ut universi utriusque sexus Christifideles Passionis Domini Nostri Jesu Christi facilius memoriam agant, eodemque tempore omnes, et singulas Indulgentias pio, ac salubri Viae Crucis exercitio adnexas lucrari possint, et valeant, delatae fuerunt preces Summo Pontifici Clementi XIV tenoris, ut infra « *Gl' infermi, i naviganti, carcerati, e quelli dimoranti nelle parti degli infedeli, o legittimamente impossibilitati di poter visitare la S. Via Crucis, prostrati ai suoi Santissimi Piedi supplicano la Santità Vostra della consolazione di poter guadagnare le Indulgenze delle dette Stazioni ritrovandosi negli stati di suddette tribolazioni, col recitare 14 Pater ed Ave, ed in fine 5 altri Pater ed Ave in memoria della divina Passione col tenere in mano un Crocifissetto di ottone, benedetto però da qualche Guardiano, o Superiore maggiore soggetto al Padre Reverendissimo Generale di tutto l'Ordine in Araceli. Che della grazia ecc.* » Quas quidem preces idem Summus Pontifex clementissime excepit ac in Audientia diei 26 Januarii 1773 benigne annuit pro gratia juxta petita. *Contrariis non obstantibus.*

Jam vero circa hanc concessionem duo exorta sunt dubia; primum scilicet, *an quatuordecim tantum Pater, et Ave, et iterum quinque Pater, et Ave, ut supra expositum est, recitanda sint, vel juxta formam rescriptorum Sacrae hujus Congregationis corde saltem contrito, ac devote viginti Pater, Ave et Gloria, unum nempe pro qualibet Statione, quinque in Sanctorum Domini Nostri Jesu Christi vulnere memoriam, ac unum juxta mentem Sanctitatis Suae recitari debeant; alterum vero, an per*

verbum Ottone exclusa reputanda sit quaecumque alia materia, ex qua Crucifixi conficiantur.

Facta itaque de praefatis dubiis Sanctissimo Domino Nostro Pio PP. IX per me infrascriptum Sacrae Congregationis Indulgentiarum Secretarium relatione in Audientia diei 8 Augusti 1859. Sanctitas Sua benigne respondit quoad primum « Servandam esse ejusdem Sac. Congregationis consuetudinem »; et quoad secundum declaravit »; Per verbum *Ottone* intelligendam esse exclusam materiam fragilem dumtaxat.

Haec autem omnia Sacra Congregatio Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praeposita typis edi jussit, ut utriusque sexus Christifideles, qui a visitandis S. Viae Crucis Stationibus legitime impediti, istiusmodi Crucifixis, facultate a Summis Pontificibus tributa, benedictis utentur, noverint praesens Decretum ab omnibus esse servandum, non obstantibus in contrarium quibuscumque.

Datum Romae ex Secretaria ejusdem Sac. Congregationis die 16 Septembris 1859.

F. CARD. ASQUINIUS PRAEF.
A. Colombo Secret.

DCLXXXIII.

URBIS ET ORBIS

In Collectione, vulgo *Raccolta di Orazioni e pie Opere per le quali sono state concesse dai Sommi Pontefici le sante Indulgenze etc.* quae Romae jam terdecies edita est, inter alias generales Indulgentiarum concessionem ea invenitur inserta a sa. me. Pio PP. VII facta per Decretum Eminentissimi Sui in Urbe Pro-Vicarii sub die 18 Aprilis 1809 cujus vigore Universi Christifideles lucrari possunt Indulgentiam tercentum dierum quoties orantes pro fidelibus in extremo agone positis recitaverint *ter Pater, Ave et Gloria* in memoriam Passionis et Agoniae Domini Nostri Jesu Christi, ac *ter Angelicas Salutationes* in memoriam dolorum, quos B. Maria Virgo in Agonia dilecti Filii sui pertulit, nec non Plenariam Indulgentiam semel in quolibet mense, si praemissa peregerint semel saltem in singulis cujuslibet

mensis diebus, ea scilicet die acquirendam in qua vere poenitentes confessi, ac S. Communionem refecti fuerint, ac per aliquod temporis spatium juxta mentem Sanctitatis Suae pias ad Deum preces effuderint. Cum vero in enunciato Concessionis Decreto diei 18 Aprilis 1809 praescribatur, ut fideles, dictas preces recitent *flexis genibus quatenus aliqua corporis indispositione non impediatur*, dubium propositum fuit « *an non obstante praedictae injunctae conditionis omissione, Indulgentias Christifideles acquirant?* » Et facta per me infrascriptum Sacrae Congregationis Indulgentiarum Secretarium Sanctissimo Domino Nostro Pio PP. IX fidei relatione, Sanctitas Sua clementer indulget, ut Christifideles ut supra orantes, et praefatas preces recitantes, praememoratas Indulgentias lucrari possint et valeant non obstante omissione de qua supra usque dum ommissa conditio non inseratur in nova Collectione typis Romae evulganda. Praesenti valituro absque ulla Brevis expeditione. Non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque. Datum Romae ex Secretaria ejusdem Sac. Congregationis Indulgentiarum die 8 Augusti 1859.

F. CARD. ASQUINIUS PRAEF.
A. Colombo Secret.

DCLXXXIV.

URBIS ET ORBIS

Juxta Concessionem sa. me. Pii PP. VII dierum 21 Martii 1815 et 18 Junii 1822. Universi Christifideles, qui peculiaris honoris obsequia in mense Maii Deiparae semper Virgini Mariae praestant, non modo tercentum dierum Indulgentiam semel in singulis ejusdem mensis diebus lucrantur, verum etiam Indulgentiam Plenariam acquirunt unica dumtaxat vice infra eundem mensem, positis tamen consuetis conditionibus ut in praefata Concessione enunciatis. Cum vero pium hoc exercitium praesaepe concludatur in una ex festis diebus insequentis mensis Junii cum generali Communionem, et Cordis Oblationem, non desunt fideles, qui ea die arbitrantur Plenariam acquirere Indulgentiam, in qua pium absolvitur exercitium, quin tamen eam